



LOGICÆ
PARS I. THEORETICA.

*De triplici cogitationum mentis
humanae classe.*

CAPUT I.

De Notionibus five Ideis.

7. *Notio* five *Idea* (ein Begriff) est rei in mente repræsentatio. Differunt autem notiones tum re repræsentata, tum modo rem repræsentandi. De his primum, tum de illis dicamus.

8. Si qua notio menti rem sic dilucide exhibet, ut hæc ejus ope ab aliis internosci possit, appellatur *clara* (klar): quæ autem idea discernendo objecto non sufficit, *obscura* (dunkel) dicitur.

9. Cum res notione clara dignoscantur (§. 8.), inesse iis debent *notæ* (Merkmale) quædam, seu characteres, quorum ope ab aliis rebus discerni queant.

10. Hæc